

9



D E  
MEINWERCI TRANS-  
LATIONE ET EIVS INCOR-  
RVPTA CASVLA.

Documenta exactis Abbatum excerpta, verbis & sententiis retentis.

**A**miraculum usque memoria dignum est,  
quod Casulam, seu pallium sacrum, quo Casula  
Meinwer-  
ci incorru-  
pta.  
anno Christi MCCCXXXVI. amictus  
sepultura traditur, ac humatur in Cryptâ  
S. Stephani Protomartyris, sub principali choro; atque  
ibidem trecentis, & quadraginta annis in tumulo quie-  
uit, B. Meinvercus Episcopus, nec vermes, nec putre-  
do totum absumperunt. Nam etiam in Monasterio  
nostro hodie visitur: quin etiam singulis annis, quintâ  
die Mensis Iunij, quando Meinvercus vitâ humanâ Abbas ex  
indutus  
Meinwer-  
ci sacrificat.  
exemptus est, Monasterij huius Antistes in eadem  
Casula summum peragit sacrum.

Hinc extant versus, qui, ut tunc atas tulit, compo-  
siti, Cista lignea, qua pallium custodit, prefixi sunt.

Vestem, quam cernis, & præsens continet Arca,

Meinverci egregij Præfulis ipsa fuit.

Vt nobis veteres, Cter XL que loquuntur,

Annis sic latuit corpus, & ipsa simul.

*Casula  
Specimen.*

Pallium autem hoc sacrum ex albo Damasceno confeatum, nostris, quibus hodie utimur, admodum dissimile est. Nam ante, & retro, & in utroq; latere clausum, & integrum; infra, amplum, rotundum, & apertum, ad imos pedes dimissum supra foramen, per quod exerere se se hominis caput possit, habens. Fimbrias quoque habet, à fronte, & à tergo; aureis litteris, verum exolescentibus, intextas.

*Translatio.*

Huius B. Meinoverci corporis reliquias, & casulam præfatam, ex inferiori Crypta ad superiorem chorūm, Dominus Conradus ab Allenhausen, Abbas, ordine vigesimus secundus, transferri fecit, anno Domini MCCC. LXXVI. in Festo S. Marci Euangelista. Tumba eminentiori ante annos aliquot fuit incisum tale Distichon, ibidem in medio chori.

Hic lapis ad speciem Meinverci sculptus cundem,  
Plurima qui Christi fecit amore, tegit.



MEIN.